



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De inuentione sancte crucis. Cap[itulum]. cxvij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)



nasium credens obiurgat: sicq; de falso crimine conuicta est et confusa. Deinde manus arida in loculo producit: que arsenio ab epō abscissa fuisse asserit. Ep̄s hō arseniū latētem qui longus esse putabatur adesse fecit: quo ambas manus exhibente se innocētem probauit. Eū autē hec arriant magis artibus deputarent: imocens athanasius uti culpabilis iudicatur ex vbe et se depropellit ab imperatore proscibitur et per totā vrbē occidēdus inquirif. Qui vbiq; p̄ fugus a maximino treueren. epō benigne suscipitur: sed post modicū metū principis inde progreditur. Deinde. vi. annis latuit in sicca cisteria sola ei quadā ancilla virgine ministrante carbolica: vbi simbolū. Quicumq; vult saluus esse: dicat et scripsit. Eū autem p̄secutores sui illic aduenissent: et nunciā athenasius au fugisset: illi hoc cognoscentes virginem ad mortem ceciderūt. Post hec cum ad partes imperatoris constantis fratris constantij occidēdus venisset: causamq; ipsius constans examinasset super episcopi iniusto exilio litteras fratri direxit: constantinusq; ipm ut fratri complaceret ad sedem suam reuocauit. Sed modico post tempore ad instantiā arrianoū: iterum eum constantius efficiens persequit. Iterū que constantis cōminationibus reuocat. De functo hō constante soloq; regnante constantio cū athanasium suspectū haberet qd sibi germanum inimicū fecisset suauis arrianoz tertio ipm de sede propulit: et geozgium arrianiū sibi in episcopum surrogauit: missis per vniuersum orbē romanū litteris ut vbiq; reperitus fuerit athanasius occidat remuneratōe taxata cuiq; qui caput athanasij imperatori obrulisset. Quo tempore sanctus vir toto orbe hinc inde profugus euagatur. Aduersus quem reges ac principes et populi commouētur. Sed multis euasis periculis et persecutionibus dei gratia reseruat. Hortuo hō constantio et iuliano apostata ei succedente: et humanitatem fictam pretendēte: ut ex hoc in initio suum imperium roboraret iussu iuliani omnes episcopi exulantes ad suas ecclesias redire permittuntur. Sicq; athanasius alexandriam remeavit. Post modicū hō tempus diabolo suadente ad suggestiōnē magnorum iuliano fauentū misit milites multos alexandriam ad athanasium pertinendū. Qui per flumen nili cum paucis catholicis nauicula fugit: persecutores obutos habuit. Illi hō cum presentē cernētes non agnoscut: et de athanasio uti de alio interrogantes pertransiunt. Ipse hō alexandriam alta via repetēs vsq; ad tempus pacis ibidem latēter permansit. Post mortem hō iuliani succedente in imperium iouiano catholico reducitur athanasius in p̄p̄riā sedem: et restituitur honorifice post mēses. viij. in pace quiescit anno ep̄atus sui. lvi. vi. non. mañ. Vbiq; clarēs miraculis tumulatur. **Uic gloz**

rosus doctor inter multa insignia eius sapientia opuscula. Duos aduersus gētes excudit volumina. Extra vsarū et valentē vnum. De virginitate vnum. De persecutione arrianoz plurima. De psalmo: titulis vni. Hystoriā antonij monachi vitam continentem insigni volumine retuit. Epistolas, insuper et alia multa que enarrare longū esset edidit. Hec Hieronymus libro de illustribus.

**De sancto florentio epō. Cap. cxvi.**



**Florentius et vindemialis**

mialis episcopi taurisij translati quiescunt. Quorū vindemialis ap̄ber natione a sancto alpiano confessore doctus ad psbyteratus ordinē inde ad episcopatum puenit: vbi vna cum eugenio miraculis multis ostensis populum copiosum conuertit. Deinde peregrinationis gratia ad insulā corficam venientes in castris fauuei. et vadesi. populum a cultura diabolis eruerunt: ligato oratio ad collum serpentis: et ipso in mare demerso. Sicq; conuertum populum baptizarunt. Post que sanctus eugenius ibidē in castro vendesi. commoratus quiescit in pace: vbi etiā extat puteus ab eodē in mare defossus preter naturā dulcē aquā emanās. Vindemialis hō regressus corficā: ibidē in pace vitam finit: et sepultus est ibi: vbi et olim sanctus florentius episcopus quiescebat. Castata hō corfica a saracenis: titianus taruisinus episcopus illuc nauigio accedēs: corpora sanctorū florentij et vindemialis obtinuit: et taruisinum translata in basilica sancti iohannis baptiste deposuit. Que successor eius rotharius postmodū in maiori ecclesia sancti petri honorabilis tumulauit. Hozū festū colitur. v. non. mañ.

**De inuentione sancte crucis. Cap. cxvij.**



**Inuentio sancte crucis**

cre crucis dicitur: quod eo die a sancta helena matre constantini imperatoris crux inuenta fuisse perhibetur. Illud enim p̄ciosum lignum dominicum in quo xp̄s cōfixus fuit ducentis fere annis sub terra iacuit. Anno autem domini. cccxxij. cōgregata est iuxta flumiū danubiū multitudo innumērabilis barbarozum: volētes flumiū transire: et omnes regiones vsq; ad orientem subiugare. Extra quos constantinus imperator castramouit: et p̄tra danubiū se cū suo exercitu collocauit. Usq; barbarozū multitudinē infinitam transeunte flumē extimuit: cum qua die sequenti erat p̄summissurus: nocte autem ab angelo excitatur: et ut sursum respiciat admonetur. Qui signū crucis vidit in celo ex clā



rissimo lumine factum: litteris habens aureis  
 circumscriptum. In hoc signo vinces. Qui con-  
 foratus licet adhuc gentilis crucis similitudi-  
 nem fecit: et ipm ante exercitum portare iussit.  
 Uesilla quoque militaria et arma cruce signari fe-  
 cit: et irruens in hostes: ipsos in fugam vertit: eo-  
 rumque maximam multitudinem interfecit. Reuer-  
 sus ergo ad urbem omnes idolorum pontifices  
 conuocauit: et cuius deorum hoc esset signum dili-  
 gentius inquisiuit. Quibus se nescire dicentibus:  
 quidam xpianis eidem crucis mysterium ex-  
 plicarunt. Qui licet xpm tanquam unum deorum mo-  
 re gentilitatis in reuerentiam haberet: tamen nec  
 tunc perfecte credidit: nec baptisma suscepit:  
 donec plaga lepre eidem superueniente a sancto  
 siluestro mundatus pariter et baptizatus est: ut  
 supra actum est in legenda sancti siluestri pridie  
 kalen. Ianuarij. Cum autem post disputacionem  
 quam silvester cum iudeis habuerat: ut ibidem  
 dictum est. Helena imperatrix constantini ma-  
 ter ad xpm conuersa fuisset: infudit ei spiritus: ut  
 lignum dñice crucis requireret. Veniens igitur  
 hierosolymam cum exercitu maximo decimo octa-  
 ua die secundis mensis: qui est aprilis omnes sa-  
 pientes iudeorum qui per totam regionem repe-  
 riri potuerunt: ad se congregari mandauit: ut  
 ad numerum quingentos: qui nimium formidan-  
 tes inter sese perquirebant: cur eos regina sic  
 coadunari mandauerat. Unus ergo ex ipsis iu-  
 das nomine dicitur cepit: qui dubitabat ne ab eis  
 discere velleret: ubi lignum in quo iesus crucifi-  
 xus est existeret. Admonens ut nemo hoc confi-  
 teri presumeret: quia statim ut crux illa reper-  
 retur: lex iudeorum euacuabitur. Dicebat quoque  
 quod nonerat locum: ubi illud absconditum erat  
 lignum. Nam zacheus auus eius illud secreto reuelau-  
 rat patri suo symoni: et pater ipse iude symo-  
 ppalauerat sibi. Addens ipse zacheus: quod cum il-  
 lud lignum corripserit reuelari: gens iudeorum  
 decerent nunc regnare: sed illi qui crucifixum  
 adorant: eo quod vere filius dei fuerat: prout ipse  
 zacheus clare didicerat. Nam in conspiracione  
 mortis xpi nunquam assenserat. paterque prothoma-  
 rtyris stephani fuerat. Cum autem iudei om-  
 nes predicta se nunquam audiuisset assereret: iude  
 sub obedientia mandauerunt: ut crucis lignum  
 nullatenus reuelaret. Et cum antequam regnam  
 iesus interrogasset: ipseque se illud scire negaret:  
 iussit eos omnes igne cremari. At illi timentes  
 tradiderunt iudam: ut iusti et prophete filii: et op-  
 time legem scientem. Regina omnes dimittes  
 iudam solum tenuit: eiusque mortem aut vitam pro-  
 posuit: nisi sibi crucem dñicam demonstrabit. Qui  
 nec crucem: nec locum se scire dicebat: eo quod an-  
 ni ducere a passione xpi iam lapsus fuerat: quo tpe  
 ipse minime natus erat: ipsum ergo in puteum  
 ficcum iussit mitti et ibidem fame cruciari. Cum  
 autem septem diebus sine cibo mansisset: die se-

ptimo se extraxit petiit: et crucem dñicam in  
 caturum promittit. Extractus igitur concitatus  
 venit ad locum golgortha: et cum ibidem orasset  
 locus subito commouetur et fumus aromaticum  
 miri odoris sentitur: ita ut iudas miratus xpm  
 confiteretur. Erat autem in loco prout in hysto-  
 ria ecclesiastica traditur templum veneris: quod  
 adrianus imperator ibi construxerat: ut si quis  
 in ipso loco xpm adorare velle venerem adora-  
 re videretur: ob hoc locus pene obliuioni datus:  
 regina igitur templum funditus fecit destrui et  
 locum arari. Post hec iudas cum socijs virtus  
 liter fodere cepit: et .xx. passus fodens tres cru-  
 ces inuenit: quas regine detulit. Sed cum xpi  
 crucem a duobus latronum nescirent discer-  
 nere: et circa horam nonam quidam mortuus in  
 pberetro portaretur iudas pberetrum tenuit:  
 et prima ac secunda cruce appositus mortuus mi-  
 nime se mouit. Apposuit tertiam et protinus de-  
 functus rediit ad vitam. Quaedam etiam mu-  
 lier ciuitatis primaria semiuua facebat: ut dici-  
 tur in ecclesiastica hystoria. Ad quam hierosoly-  
 mitanus episcopus primam et secundam cruce  
 adhibuit et nihil profecit: tertia vero apposita co-  
 festim mulier sana surrexit. Hanc ergo crucem  
 domini fore intellexerunt: quum postmodum les-  
 cto eius titulo quem pilatus supposuerat: qui  
 ex antiquitate fere delirus erat plenius cogno-  
 uerunt. Diabolus autem terribiles emittens vo-  
 ces cunctis audientibus de iuda conquerebas-  
 tur: eidem quoque tormentis et persecuciones plu-  
 rimas mirabatur. Post hec iudas baptizatus  
 quiritacus vocatur: et hierosolymorum episcopo  
 defuncto iussu helene in episcopum ordinatur:  
 Nam multo tempore regina ibidem fuit et cum  
 tra sacra loca perlustrauit. Cum autem clauos  
 dñi habere desideraret: rogauit episcopum quiritacum  
 ut ad locum pgeret et clauos pquiret. Qui cum  
 venisset et oracione fudisset continuo clauus velut  
 aurum in terra fulgentes apparuerunt. Quos  
 eps regine detulit: illaque eos reuerteret adora-  
 uit. Crucem quoque dñicam per medium secari fecit: et par-  
 tem filio deportari: parte vero thecis argenteis in-  
 clusam hierosolyme reliquit. Clauos vero dñicos  
 secum adduxit. Quorum unum in galilea: alter in freno  
 imperatoris composuit: ut sic armatus armis securus  
 ad bellum pcederet. Tertium vero reseruauit: vel ut  
 quidam asserunt in mare adriaticum: quod tunc erat  
 rago nauigantium sacrauit. Precipiens festum inue-  
 stionis serae crucis singulis annis soleniter cele-  
 brari per vniuersum orbem videlicet. v. non. martij.

De sanctis Alexandro papa et mar-  
 tyre theodolo martyre. Cap. cxviii.



**Alexander papa et mar-**

tyri huius nominis primus cum  
 cum duobus presbyteris Euentio  
 et Theodolo passus est rome sub persecutio-  
 ne Traiani agente Aureliano comite vtriusque